

# Rhythmus de captivitate Ludovici imperatoris

---

[Page 18]

Audite, omnes fines terre, orrore cum tristitia  
quale scelus fuid factum in Benevento civitas:  
Lhuduicum comprehendenterunt sancto pio augusto.

Beneventani se adunarunt ad unum consilium,  
Adelferio loquebatur et dicebant principi:  
«Si nos eum vivum dimitemus, certe nos peribimus;

Celus magnum praeparavit in istam provintiam,  
regnum nostrum nobis tollit nos habet pro nihilum,  
plures mala nobis fecit rectum est ut moriad.»

[Page 19]

Deposuerunt sancto pio de suo palatio  
Adelferio illum ducebat usque ad pretorium;  
ille vero gade visum tamquam ad martirium.

Exierunt Sado et Saducto inovabant imperio;  
ete ipse sancte pius incipiebat dicere:  
«Tamquam ad latronem venistis cum gladibus et fustibus.

Fuid namque tempus vos allevavi in omnibus,  
modo vero surrexisti adversum me consilium;  
nescio pro quid causam vultis me occidere.

Generacio crudelis veni interficere,  
ecclesieque sanctis Dei venio diligere,  
sanguine veni vindicare quod super terram fusus est.»

Kalidus ille temptator ratum adque nomine  
coronam imperii sibi in caput ponet et dicebat populo:  
«Ecce sumus imperator, possum vobis regere.»

Leto animo habebat de illo que fecerat,  
a demonio vexatur, ad terram ceciderat:  
exierunt multe turme videre mirabilia

Magnus dominus Jesus Christus iudicavit iudicium:  
multa gens paganorum exit in Calabria,  
super Salerno pervenerunt possidere civitas.

Iuratum est ad sante Dei reliquie  
ipse regnum defendendum et alium requirere.

---

[Home](#)

---

Anonimo. Date: 2012-11-15